

Verisimilia

proposuit

Fr. Guil. Schmidt, ph. dr.

Solon. fr. 4, 21: ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
τρήχεται ἐν συνόδοις, τῆς ἄδικ' ἐστὶ φίλα.

Scripsi quae Bergk. ed. IV. edidit. Nec tamen omnia mendis vacant. Etenim neque qui adversarii significantur, satis aperte cognoscitur, et sine vi positum videtur adverbium ταχέως, cuius loco τελέως multo aptius opinor scriberetur. Quibus incommodis ut subveniret Hartungius, Heckerum secutus, edidit ἐκ γὰρ δυσνομήης, Sitzler vero (*Nov. Ann. phil. et paed. Vol. 119 p. 669*) proposuit ἐκ γὰρ δυσμενέων ταγῶν. Neutrum satis probabile duco. Ad sententiam multo videtur esse accommodatius:

ἐκ γὰρ δυσμενέων στάσεων κτλ.

Contra recte videntur sese habere, quae idem Solon de imbecillitate eorum hominum dicit, qui sexaginta tres aetatis annos compleverunt:

Fr. 27, 15: τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν ὀδύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίην.

Dubitant vero docti homines de integritate adiectivi μαλακώτερα, cui non erat cur Hartung. praeferret quod Clemens Alexandr. tradidit μετριώτερα. Multo minus autem placet quod Bergk. e latebris Hesyehianis deprompsit μαλιώτερα, nec melius est Sitzleri inventum, ab eodem Hesyehio repetitum, μαλερώτερα. Ad confirmandum id quod librorum fide nititur, satis habeo proferre quae sunt apud Xenophontem Mem. I, 1, 2: πῶς οὖν [Σωκράτης] αὐτὸς ὦν τοιοῦτος ἄλλους ἂν ἢ ἀσεβεῖς ἢ παρανόμους ἢ λέγγους ἢ ἀφροδισίων ἀκρατεῖς ἢ πρὸς τὸ πονεῖν μαλακὸς ἐποίησεν, quo loco μαλακὸν εἶναι πρὸς τι contrarium positum est verbo πρὸς πάντα πόνους καρτερικώτατος.

Breviter iam attingam Solon. fr. 37:

εἰ γὰρ ἦθελον
ἀ τοῖς ἐναντίοισιν ἠγῶσαν τότε,
αὐτὶς δ' ἀ τοῖσιν ἀτέροις ἀρᾶσαι διὰ
πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἦδ' ἐχρηώθη πόλις
δ. τῶν εἴνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυχεύμενος
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφηγν λόχος.

Quid dicat Solon, manifestum est. Conqueritur enim de studiis et adversariorum et amicorum,

quibus si obsecutus esset futurum fuisse ait ut urbs Athenae multis civibus orbaretur; propterea lupi instar, a canibus qui urgeretur, sese laborasse. At amicorum nulla mentio, et *διὰ* per-
versum et obscurum *ἀρχήν*, nec satis aptum verbum *χυκέμενος*. Concedo, nec defuerunt
docti homines emendandi studio. Tertium autem versum Sitzlerus acute refinxit:

αὐτίς δ' ἂν τοῖσι μοῦτ' ἀροῖς ὄρῳν, ναὶ Δία κτλ.

Minus profecerunt in reliquis maculis tollendis. Quae pro *ἀρχήν* v. 5. enim proposuere:
ἄρχυι, vel *ἄρχρη*, vel *ἀρχῶν*, vel *ἄρρη*, vel *ἐνεκα ταρχῆ* (i. e. *ταραχῆ*) ea omnia nihili
sunt. Nec melius quod Lobeckius coniecit *ὄρρη*, cum non sit consentaneum sententiae
rationi. Hoc vero acute dispexit idem vir doctus, non *χυκέμενος* sed *χυκλέμενος* Solonem
scripsisse. Quod si quaesiveris, quod potissimum vocabulum illis verbis *πάντοθεν χυκλέ-*
μενος conveniat, nihil potest cogitari aptius adverbio *ΑΓΧΙ*. —

Theogn. 101: *μηθεὶς δ' ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα φιλήσαι,*

Κύρον· τί δ' ἔστ' ὄφελος δεῖλός ἀνὴρ φίλος ὦν;

οὔτ' ἂν σ' ἐκ χαλεποῦ πόνου ῥύσαιτο καὶ ἄτης,

οὔτε κεν ἐσθλὸν ἔχων τοῦ μεταδοῦν ἐθέλοι.

Cum non tam eius rei mentione opus sit, quam improbum hominem haud facile cum altero
communicare poeta dicit, quam hominis, quem nolit iste bonorum suorum participem esse,
τοῦ v. 104 videtur cum *σοί* commutandum esse.

Egregia est sententia, qua Theognis v. 141 idem fere expressit quod nos dicimus: „*der*
Mensch denkt und Gott lenkt“:

ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν·

θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.

quam sententiam, dum retinemus *νομίζομεν*, non possumus reddere nisi his verbis: „homi-
nuli nos vana et inania probamus, quamvis rerum simus imperiti; dei vero suo arbitrio
omnia exsequuntur.“ Verbum *νομίζω* enim saepius idem sonat quod *fas* ducere, probare,
ut Xen. Oecon. 17, 9: *ἔγωγε νομίζω τῷ ἰσχυροτέρῳ (ὄνῳ) πλείον ἐπιχεῖν ὕδωρ*, quam-
quam non solet id ita esse, nisi appposito infinitivo (cf. Breitenb. in Xen. Oec. 20, 29), ut vel
ob hanc causam illa quam modo posui interpretatio in dubium vocanda esse videatur. Accedit
quod ne conveniens quidem est sententiae rationi. Namque non tam de pravo hominum
iudicio cogitare poetam, quam de consiliis perversis quibus inania expetant, ap-
paret luculenter ex iis, quae de divini numinis cura ac sapientia adduntur: *κατὰ σφέτερον*
πάντα τελοῦσι νόον. Atque haec ipsa causa Geelium videtur impulisse ut coniecisset *σο-*
φίζόμεθ', quam coniecturam probarem, nisi librorum nimis relinqueret vestigia. Hoc autem
crimine non notabis opinor hanc meam emendationem:

ἄνθρωποι δὲ μάταια λογίζομεθ', εἰδότες οὐδέν·

i. e. animo computamus; cf. Soph. Tr. 944: *εἴ τις δύο ἢ πλείονας ζῆν ἡμέρας*
λογίζεται, μάταιός ἐστιν. Anth. Pal. VII, 327, 1: *μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν ὡς ἀθάνατός τι*
λογίζου.

Theogn. 161: Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐσθλῶ,
οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίνεται εἰς ἀγαθόν.

Num *γίνεσθαι εἰς ἀγαθόν* vere possit ea vi adhiberi, ut idem significet quod in bonum verti, vehementer equidem dubito. Videtur praepositio errore quodam scribentis nata esse ex adverbio *εἴτ'*, nisi forte praestat: *γίνεται ἀδτ' ἀγαθόν*, quod haud scio an his commendetur v. 201: *ἀδτὰ μὲν τι φέρειν κέρδος δοκεῖ, ἐς δὲ τελευτὴν ἀδθις ἔγεντο κακόν.*

Theognis ubi de nequitia eorum dixit, qui malis artibus divitias sibi comparare studeant, nec tamen quem expetiverint ex iis fructum percipiant, ut postremo non saluti ipsis sint sed exitio: haud raro addit fortuna istorum decipi homines; accidere enim saepenumero, ut improbi scelerum poenas ipsi non pendant, sed antea morientes insontibus relinquunt liberis v. 207:

ἄλλον δ' οὐ κατέμαρψε δίκη· θάνατος γὰρ ἀναιδῆς
πρόσθεν ἐπὶ βλεφάροις ἔζετο κῆρα φέρων.

Plana sunt paene omnia; unum adiectivum *ἀναιδῆς* admirabile. Etenim quamquam mors ipsa recte appellatur *importuna*, hoc tamen loco non debet importunitas mortis accusari, quae prohibeat hominem perditum debitas maleficiorum poenas dum vivat solvere. Itaque videtur scripserit poeta *ἀναιδεῖ*, i. e. homini audaci et impudenti.

Item ferri non potest, quod in libris scriptum exstat

Theogn. 377: πῶς δὴ σευ, Κρονίδη, τολμῆ νόος ἀνδρας ἀλιτρούς
ἐν ταύτῃ μοίρῃ τόν τε δίκαιον ἔχειν,
ἦν τ' ἐπὶ σωφροσύνην τρεφθῆ νόος, ἦν τε πρὸς ὕβριν,
ἀνθρώπων ἀδίκους ἔργμασι πειθομένων;

Homines enim recte quidem dicuntur maleficiis delectari, *τέρπεσθαι* vel *ἡδεσθαι*, at *πέθεσθαι ἔργμασι* num bene se habeat, maxime dubium est; aliud est enim maleficiis *ἔπεσθαι*, vel se dare, indulgere, aliud *πέθεσθαι*. Itaque nihil opinor relinquatur nisi ut corrigamus aut *ἀνθρώπων ἀδίκῳ λήματι πειθομένων*,
cl. Simon. fr. 140: *τόνδε ποθ' Ἕλληνας νίκης κράτει ἔργῳ Ἄρηος εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι Πέρσας ἐξέλασαντες — ἰδύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου*, aut quod magis mihi placet:

ἀνθρώπων ἀδίκους ἔργμασιν ἡδόμενων.

Theogn. 407: Φίλτατος ὧν ἡμαρτες· ἐγὼ δέ τοι αἴτιος οὐδέεν,
ἀλλ' αὐτὸς γνώμησ' οὐκ ἀγαθῆς ἔτυχες.

Iure Bergkiius „*φίλτατος ὧν ἡμαρτες*, inquit, de vitio suspecta sunt.“ Vix probabilia autem quae addit: „fortasse legendum *φῆλος ἐὼν* *χτλ.* Hesychius *φῆλον· ἀπατηλόν, ληθαργόν, χαουῶργον, ἐπίβουλον.* adde schol. Arist. Pac. 1165. Corrector cum *φίλος ὧν* repperisset, videtur *φίλτατος ὧν* substituisse.“ Nimirum studiosius venabatur Bergkiius rariora atque recondita. Neque necesse est, de peccatis cogitasse poetam. Immo, cum amici notet imprudentiam aut consilii perversitatem, hoc videtur ei obiicere, quod sua culpa propositum nescio quid non sit assecutus. Quod si recte coniectura auguratus sum, a vero non

videtur aberrare haec emendatio:

φίλταθ', ὅσων ἡμαρτες κτλ.

Quod in appellando autem poeta usus sit vocabulo *φίλτατε*, vix quisquam mirabitur. Si quis vero dubitat, is conferat velim Arar. com. fr. 16, 1. (3, 276): *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἰ παράσιτος, φίλτατε* Eur. Rhes. 913. Soph. El. 1163: *φίλταθ', ὥς μὲν ἀπόλεσας* Ach. Tat. VI, 9, 5: *ἐτίμων, φίλτατε, τῆς σῆς συμφορᾶς τὴν εἰκόνα*. Soph. El. 871: *φιλτάτη*. Porro *ὦ φίλτατε* invenitur Soph. Oed. C. 465. 891. 1169. Eur. Hec. 990. Phoen. 1671. Herc. fur. 490. Hipp. 1452; *ὦ φιλτάτη* Heliod. VII. 10. p. 191, 12 ed. Bekk.; *βέλτισθ'* Hegesipp. com. fr. 1, 1. (4, 479); *ἄριστ' Ὀδυσσεῦ*. Soph. Ai. 1381; *φίλτατε ξένων*. Eur. Cycl. 418. Soph. El. 15.

Theogn. 451 de auro haec dicit:

τοῦ χροίτης καθύπερθε μέλας οὐχ ἄπτεται ἰός,

οὐδ' ἐρώς, αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρὸν.

Vulgo *ἄνθος καθαρὸν* purum auri fulgorem interpretantur, quae tamen interpretatio num possit comprobari, sane dubium est. Certe locus Aeschyleus ille, qui est Prom. 7: *τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας, θνητοῖσι κλέψας ὄπασεν*, unde praesidium petere forsitan animum inducas, nihil potest opis ferre, cum *ἄνθος* hic *κόσμον*, ornamentum significet. Ad unos posterioris aetatis scriptores confugere debemus, velut Paulum Silentiarium, qui Anth. Pal. V, 264, *7 φλογὸς ἄνθεα* dixit, vel Philostratum, apud quem haec sunt imag. I, 1. Vol. I p. 296, 25 ed. Kays.: *καὶ τὸ ἄνθος τοῦ πυρὸς οὐ ξανθόν, — ἀλλὰ χρυσοειδὲς καὶ ἠλιοειδές* et Heroic. p. 142, 15: *ἄροητον γὰρ τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος*. Quae tamen auctoritas cum sit parum firma, praeferre *αἶθος* non dubitarem, nisi hoc ipsum unius posterioris aetatis auctoritate niteretur. Nunc vero incertus haesito.

Theogn. 621: *πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν.*

πᾶσαν δ' ἀνθρώποις αὐτὸς ἔνεστι νόος.

Primum ad hiatum tollendum pro *ΑΤΙΕΙ* scripserim *ΜΙΕΙ*, deinde est quod in vocula *αὐτός* offendamus. Atque etsi Brunckio obsecutus scripseris *ωδτός*, nihil admodum tamen proficitur. Namque satis languide idem fere exprimeretur, quod verbis *πᾶς τις κτλ.* modo expressum est. Requiritur vero sententia, qua perversus hominum sensus perstringatur. Itaque proposuerim:

πᾶσαν δ' ἀνθρώποις καῦρος ἔνεστι νόος.

Facillime autem *ΑΥΤΟΣ* natum est e voce *ΚΑΥΡΟΣ*, sublata nimirum littera *K* similitudine proximarum litterarum *IC*. De adiectivo *καῦρος* autem cf. Phot. Lex. p. 181, 14: *καῦρος καχός οὕτως Σοφοκλῆς* (Fr. 951), et Hesych. *καῦρος καχός*.

Theogn. 901: *Ἔστιν δ' μὲν χεῖρων, δ' δ' ἀμείνων ἔργον ἕκαστον*

οὐδεις δ' ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός.

Parum apte *αὐτός* positum esse, alii iam affirmarunt. Atque cum in cod. A. scriptum sit *αἰστός*, Meinekius *ἔσθ' ὅς* statuit ab ipso Theognide editum esse, *ἔστιν* Heimsoethius. Neutrum satis probabile mihi videtur esse. Scripsit poeta, nisi me fallit animus, aut *ἔστ' ἔς*

ἅπαντα σοφός, aut *εἷς πρὸς ἅπαντα σοφός*. Utrumque enim recte dicitur et *σοφός* ἔς τι ut Eur. fr. 62, 2. 162, 3. 1029, 1, et *σοφός πρὸς τι*, ut Eur. fr. 635, 2. Antiphan. com. fr. 219, 1 (3, 129) vel ut Meinek. et Nauckius statuerunt, Antiphon. trag. fr. 3 p. 615. N., Menand. fr. 417, 2 (4, 198), Herodian. III, 5, 6. Item *ἐδυσνετώτερος εἰς ταῦτα* (Aristot. eth. 10, 10 a. E.), *ἄσοφος* ἔς τι Aelian. de nat. an. I, 40 scripsit, *σκαιὸς* ἔς τι Appian. Maced. 16., *ἀβέλτερος πρὸς τι* Anaxandr. com. fr. 21 (3, 171), et *τὸ πρὸς ἅπαν συνετόν* Thucyd. III, 82, 3. Eiusdem generis denique est Euripideum illud *δεινὸς εἷς τι* (Andr. 159). Neque aliter Latini locuti sunt, ut Cicero Phil. X, 8, 17: quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum etc. cf. Matthiae Gr. §. 578 d.

Theogn. 1139: *ὄρκοι δ' οὐδέτι πιστοὶ ἐν ἀνθρώποισι δίκαιοι,*

οὐδὲ θεοὺς οὐδέεις ἄζεται ἀθανάτους.

Adiectiva *πιστοὶ* — *δίκαιοι*: hoc loco inepte coniuncta esse facile est intellectu; difficilis vero emendatio. Leutsch. Exercit. crit. spec. II. Gotting. 1863. p. 5. proposuit *ἐν ἀνθρώποις ἀδίκαιοισιν*. At ut Bergkii verbis utar, nullus hic epitheto locus. Nec placuit haec coniectura Sitzlerō, qui ipse (Philol. Wochenschrift Bd. II. p. 711) parum apte *δίκαι τε* coniecit. Nec veri simile quod Bergk. commendavit: *ὄρκοι δ' οὐδέτι πιστὸν ἐν ἀνθρώποισι δικαίων*, i. e. „ius iurandum non iam pignus pactorum inter homines est.“ Quis enim *δίκαια* facile intellegit pacta! Ad sententiam hoc imprimis videtur accommodatum esse:

ὄρκοι δ' οὐδέτι πιστοὶ ἐν ἀνθρώποισι σύνοικοι,

i. e. iuris iurandi autem fides non iam hominum consors est, apud homines habitat. Quod quam sit poetae oratione dignum, haec docent exempla: Soph. O. R. 1205: *τίς ἐν πόνοισι ξύνοικος*; O. Col. 1134: *ὃ τίς οὐκ ἐνὶ κηλῆς κακῶν ξύνοικος*; Ai. 267: *ἐν κοινοῖσι ξυγών*. Chaerem. fr. 37, 3 (p. 614. N.): *ἐν δὲ λήσσειν βροτῶν ἡθὺς συνοικεῖν (πλοῦτος) καὶ τῶν εὐληγῶς χάριν*. Soph. O. R. 1112: *ἐν τε γὰρ μακρῷ γήρῳ ξυγάθει*.

Theogn. 1203: *οὐκ εἴμι, οὐδ' ὑπ' ἐμοῦ κεκλήσεται, οὐδ' ἐπὶ τύμβῳ*

οἰμωχθεὶς ὑπὸ γῆν εἶσι τύραννος ἀνήρ.

Bergkiius ed. IV. non iam dubitans de scripturae integritate poetam putabat affirmare, tyranni se nolle convictu uti; itaque nec ipsum se ad illum iturum esse invitatum, neque se esse invitatum. At dubito equidem, num cum invitatione commode consocietur funeris lamentatio. Malo admodum leni usus verborum mutatione hanc conformare sententiam:

οὐκ αἴνοις ὑπ' ἐμοῦ κεκλήσεται κτλ.

i. e. non laudibus a me appellabitur; cf. Eur. Herc. fur. 1179: *τί χρῆμά μ' οἰκτροῖς ἐκάλεσας προοιμίαις*; Soph. Phil. 1452: *φέρει νῦν στεγῶν χάραν καλέσω*.

Theogn. 1319: *ὦ παῖ, ἐπεὶ τοι δῶκε θεὰ χάριν ἡμερόεσσαν*

Κύπρις, σὸν δ' εἶδος πᾶσι νέοισι μέλει,

τῶνδ' ἐπάκουσον ἐπῶν καὶ ἐμήν χάριν ἔνθεο θυμῷ,

γνὸς ἔρον ὡς χαλεπὸς γίνεται ἀνδρὶ φέρειν.

Ut non dicam, nihil causae esse, cur adulescentibus potissimum omnibus venustatem

pueri cordi esse poeta dicat: quod virum affirmat gravius laborare ex amore, hoc ipsum docere videtur, *πᾶσι νέοισι* non vacare vitio. Multo opinor praestat: *πᾶσιν ὀρώσι μέλει.*

Antimach. fr. 3. (II. p. 289. B.)

*εἶπε δὲ φωνήσας Πόλυβε, θρεπτήρια τάσδε
ἵππους τοι δώσω δυσμενέων ἐλάσας.*

Oedipum Antimachus tradentem facit Polybo equos Laii occisi. Obscuriora autem sunt verba *δυσμενέων ἐλάσας* (ab inimicis quos abduxit), quam ut integra haberi queant. Neque ulla mentio fit domini necati. Quod vitium facile tollet haec emendatio:

ἵππους τοι δώσω, δεσπόσυνον δαμάσας.

Recte enim equorum dominum, qui saepius dicitur *δεσπότης*, ut Eur. Rhés. 619. Aelian. de nat. an. VI, 48, appellari *δεσπόσυνον*, intellegitur e Tyrt. fr. 6, 2, ubi *ὄνων δεσπόσυνοι* commemorantur. De verbo *δαμάζειν* autem cf. Eur. Phoen. 151: *ἀλλά νῦν ἅ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος Ἄρτεμις ἱεμένα τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν* κτλ. Aesch. Prom. 861. Ag. 1519.

Archiloch. fr. 27. (II. p. 390 B.)

*ἄναξ Ἀπολλων, καὶ σὸ τοῦς μὲν αἰτίους
σήμανε καὶ σφραζ ὄλλ' ὥσπερ ὀλλύεις.*

Et poetas Graecorum et scriptores omnium aetatum delectatos esse hac annotatione nominumque enodatione, nemo est qui ignoret. Nimirum nomen et omen habet. Ac saepius Apollinis nomine abusi sunt, id quod primus Archilochus tentasse videtur. Imitatus est Aeschylus Ag. 1080: *Ἀπολλων ἀγρυῖατ' ἀπόλλων ἐμός· ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόνις τὸ δεύτερον*, e Euripides fr. 781, 11: *ὣς μὲν ἀπώλεσας καὶ τόνδ' Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλεῖ.* Atque huius potissimum loci memor emendaverim quae vix possunt explicari: *ὄλλ' ὥσπερ ὀλλύεις*. Non ineptum enim videtur esse: *ὄλλ' ὥσπερ εἰ κλύεις*, i. e. perde uti audis, diceris, perde nomini congruenter. Disputarunt de studio isto, nominum vim ad hominum fortunam, mores, munera vitaeque genus lepide referendi Iacobs ad Anth. Pal. III. p. 690 et Addend. ad Anth. III. p. LVII sq. Elmsleius in Eur. Bacch. 508. Köchly in Eur. Iph. T. 500. Wecklein in Iph. T. 32. Kock in Arist. Equ. 615. Methner de trag. Graec. minor. fragm. p. I. (Gnesae 1876) p. 30. Basedow comment. de Eur. fab. quae inscribitur Cresphontes part. I. p. 11. (Eberswalde 1878). Cobet Mnem. n. s. VII p. 37. Qui omnes laborarunt in exemplis colligendis, quorum numerum ut augeam haec addo: Eur. Tro. 989 sq.: *τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς, καὶ τοῦνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς*. Anth. Pal. VII. 105, 4: *Διώνυσος — λῦσε μέλη δὴ δὴ μή τι Λυαῖος ἔφου;* 508, 1: *Πανσανίην ἱερὸν ἐπώνυμον*. 683, 8: *Γέσσιος οὐδὲ χεσεῖν εὔτονον ἦτορ ἔχων*. IX, 531 de Isauris: *αὔραις Ἴσα θεούσιν ὄθεν λόχον οὐνομα τοῦτο*. XI, 283, 5: *Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀπεχάλκισε τὴν πόλιν ἡμῶν*. XVI, 33, 1 in imaginem Callinici: *καλλεῖ μὲν νικᾷς κραδῆς τόσον, ὅσον ὀπωπῆς τῆς γὰρ ἐπωνυμίας ἄξια πάντα φέρεις*. XI, 188: *Νικήτης ἄδων τῶν φθῶν ἐστὶν Ἀπόλλων*. Lucian. 58, 13: *ἤλπεις γὰρ — αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ἐπικτήσεσθαι*. Aristaen. ep. I, 1: *οὐδ' ἂν Μῶμος ἐν*

ἐλαχίστω μωμήσαιτο (cf. Boisson. in h. l. p. 239) 13: Πανάχειον μεταπέμπεται, τὸν ὄντως ἐπώνυμον ἰατρόν. II, 12: ἔστι δὲ καὶ τὸν τρόπον καὶ τοῦνομα Δεινομάχη.

Archiloch. fr. 81. (II. p. 406. B.)

ἀστων δ' οἳ μὲν κατόπισθεν ἦσαν, οἳ δὲ πολλοί.

Quamquam in laceris his sententiis nihil potest pro certo affirmari, hoc tamen constat et οἳ δὲ πολλοί inania esse sensuque vacua, et requiri significationem eorum, qui sint contrarii τοῖς κατόπισθεν ἰούσιν. Quae cum ita sint, haud scio an scribendum sit οἳ δὲ πομποί. Cf. Eur. Bacch. 965: ἔπου δέ πομπὸς δ' εἴμ' ἐγὼ σωτήριος.

Archiloch. fr. 98. (II. p. 413. B.)

φαινόμενον κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι.

Cum ἄγεσθαι haud raro idem significet quod in matrimonium ducere, poetam non ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΝ, quod aegre potest expediri, scripsisse suspicor, sed potius ΦΕΥΓΕΓΑΜΩΝ i. e. φεῦγε γαμῶν κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι, quam adhortationem Archilochi sensui imprimis convenientem esse, nemo facile negabit.

Simon. Amorg. fr. 1. (II. p. 443. B.)

Ὁ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος

πάντων ὅσ' ἔστι, καὶ τίθησ' ὅπη θέλει

νόος δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν ἀλλ' ἐφήμεροι

ἂ δὴ βότ' αἰεὶ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες,

5. ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει θεός

ἐλπίς δὲ πάντας κάπιπειθείη τρέφει

ἄπρηχτον ὀρμαίνοντας· οἳ μὲν ἡμέρηγ

μένουσιν ἐλθεῖν, οἳ δ' ἐτέων περιτροπᾶς.

νέωτα δ' οὐδεὶς ὄστις οὐ δοκέει βροτῶν

10. πλοῦτῳ τε κάγαθοῖσιν ἰξεσθαι φίλος.

φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβόν,

πρὶν τέρμ' ἔχηται τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι

φθείρουσι θνητῶν τοὺς δ' Ἄρει θεδμημένους

πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός.

Plura sunt in his quae minus placeant. Ac primum quidem v. 5. nescio an corrigendum sit:

ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει φάος

i. e. ignorant, quem ad modum quisque dies finiatur. Verbum ἐκτελευτᾶν enim hac vi posse adhiberi, docet locus Aeschyleus, qui est Suppl. 411: ὅπως ἄνατα ταῦτα — ἐκτελευτήσει καλῶς. Depravata porro sunt verba v. 7. οἳ μὲν ἡμέρηγ μένουσιν ἐλθεῖν, id quod Bergkii quoque statuit. Namque „homines dierum et annorum vices exspectare,“ non recte hoc loco dici, efficitur eis, quae de varietate studiorum ac consiliorum antea prolata sunt. Ad haec autem accommodata videntur esse: οἳ μὲν ἡμαρ ἐν μένουσιν ὀρθοῦν, οἳ δ' ἐτέων περιτροπᾶς, h. e. alii exspectant, ut unius diei spatium ratum

faciat, quod expetiverint. Infinitivum autem recte poni, concedet si quis ea meminerit, quae sunt apud Homerum Od. 1, 422: μένον δ' ἐπὶ ἔσπερον ἐλθεῖν.

Iam mederi eis studebo quae insequuntur, quae quidem gravissime laborare inter omnes constat. Desideratur enim subiectum, cuius locum νέωτα sine articulo vix poterit tenere, neque quid φίλος sibi velit intellegitur. Nihili autem est, quod Clemm. Miscell. crit. (Gissae 1879) p. 2, excogitavit: πλούτῳ τε χάραθοῖσιν ἄρξειν τοῖς φίλοις, quod interpretatur: „nemo non sperat divitiis bonisque amicis se esse praestiturum,“ quasi vero de aemulatione hoc loco possit cogitari verboque ἄρξειν istam liceat vim subicere. Multo melius olim Bergkiius proposuit: ὅστις οὐ δοκέει βρούον — ἕξεσθαι φίλος, quod certe longe praefendum eis, quae ed. IV. edidit: οὐ δοκέει βροτῶν — ἕξεσθαι πλέον (i. e. refertum fore). Etenim, quod modo dixi, νέωτα subiecti loco non potest poni. Mihi quidem in mentem venit:

νέωτα δ' οὐδέεις ὅστις οὐ δοκέει βροτῶν
πλούτῳ τε χάραθοῖσιν αὔξεσθαι δόμους.

De infinitivo praesentis cf. Kuehner Gr. §. 389. n. 8. II. p. 163. — Vocem ΦΙΑΘC autem vocabulo ΔΟΜΟΥC ita similem esse, ut facile inter se permiscerentur nemo non videt; Δ enim ut intercideret, similitudine factum est proximarum litterarum verbi αὔξεσθαι

Restat ut quid de verbis τοῖς δὲ δύσστηνοι νόσοι φθείρουσι θνητῶν v. 12 sq. sentiam breviter significem. Vox θνητῶν enim inanis hoc loco et otiosa. Atque cum alios poeta dicat senectute senes in enervari et confici, alios exstingui morbis, desideratur subitii obitus significatio. Quapropter scribendum duco φθείρουσιν ἄφνω.

Breviter denique perstringam quae v. 18 sq. scripta sunt:

οἱ δ' ἀγχόνην ἄφαντο δύστήνῳ μόρῳ,
καὶ τὰ γρηστοὶ λείπουσιν ἡλίου φάος,

in quibus unum est minus aptum, verbum dico δύστήνῳ μόρῳ. Etenim qui se induerit in laqueum, sua sponte eum e vita cedere v. 19. dilucide expressum est; non veri simile igitur est, iam v. 18 miserae mortis mentionem factam esse. Itaque corrigendum est δύστήνῳ πότμῳ. Cf. Eur. Tro. 631: ἄλωλεν ἐδύοχεστέρῳ πότμῳ.

Simon. Amorg. fr. 7, 115 — 118. (II. p. 453 B.)

115. Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν,
καὶ δεσμὸν ἀμφέδηκεν ἄρρηκτον πέδης,
ἐξ οὗτε τοὺς μὲν Αἰδῆς ἐδέξατο
γυναικὸς εἶνεκ' ἀμφιῶθριωμένους.

In describendis his verbis Bergkium secutus sum. Nec tamen omnia sana sunt. Namque v. 116 significatio eius requiritur, cui vincula iniecta sint (cf. Solon. fr. 4, 34), ut intercidisse probabile sit vocabulum vel corruptum culpa scribentium, ad quod referendum sit τοὺς μὲν v. 117. Accedit quod praeter ἄρρηκτον etiam ἄρρηκτον, atque ΠΕΔΗ in libris scriptum est, non πέδης. Quae reputans animo hac emendatione opus esse suspicor:

καὶ δεσμὸν ἀμφέδηκεν ἀρσένων γένει.

Cf. Eur. Med. 428 ἀρσένων γέννα. Fr. 320, 3. Cui coniecturae non officit ut spero Dindorfii opinio, qui Lexic. Aeschyl. Add. ad v. πέδη p. 430b Simonidem putat Aeschylea illa Prom. 6: ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις imitatum esse. Talia enim ex uberrimo illo fonte manabant, unde omnes hauserunt poetae, Homeri dico carminibus.

Simonid. Amorg. fr. 19. (II. p. 455 B.)

ἢ τυφλὸς ἢ τις σκνιπὸς ἢ μέγα βλέπων.

Perversum est μέγα βλέπων, cuius loco Kreussler in Passovii lex. v. σκνιπός scribendum proposuit μέλαν, Hartungius κνέφας, Bergk. denique ἢ ὀλιγγα. A vero aberrarunt omnes. In ΜΕΓΑ enim reconditum latet ΛΕΗΤΑ, quod ipsum invenitur apud Euripidem Or. 224 λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις, et apud Theocrit. 30, 8 ἔχθες γὰρ παριῶν ἔδραχε λέπτ' ἄμμε δι' ἀφρόγων (Fritzsche ed. mai. II. p. 272). Consequitur autem ex his locis, quibus addere iuvat Pind. Nem. 4, 39 φθονερά δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων. Theocr. 20, 13 λοξὰ βλέποισα. Ibyc. fr. 2, 1. (III. p. 236 B.) Ἔρος ἀδτέ με κνανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις ταχέρ' ὄμμασι θερκόμενος κτλ. Anth. Pal. II, 196 λοξὰ Πολοξείνην βαρυδάκρυον ὄμματι λεύσσω. V, 55, 5 ὄμμασι νωθρὰ βλέπουσα. XII, 175, 4 περιέρρα βλέπει. 199, 6 πάρωρα βλέπω. 254, 2 ἀμαυρὰ βλέπω, ut parum caute Cobet. Mnem. n. s. V. p. 65 sq. negaverit verbis cernendi adiectiva addi neutr. gen. num. plurali.

Erinnae fr. 2. (III. p. 143. B.)

Παυρολόγοι πολλαὶ τὰ γήραος ἄνθεα θνατοῖς.

Quamquam apud Heliodorum I, 12 haec sunt: φεῖσαι πολίων, αἶ σε ἀνέθρεψαν, non possum tamen adduci, Erinnam canis orationis facultatem tribuisse, ut παυρολόγους eos diceret. Contra ipsum γήραος apte παυρολόγον dicitur; quare

παυρολόγω πολλαὶ γὰρ γήραος ἄνθεα θνατοῖς

poetria scripsisse arbitror

Anacreont. fr. 64. χθόνιον δ' ἐμαυτὸν ἦρεν (ἦγον)

Bergk. suspicatus est, in extremis litteris ONHPEN vel ONHΓON vocabulum ONEIPON reconditum latere. Quam emendationem ita absolvere forsitan possis, ut scribas

χθόνιον δ' ὄπωπ' ὄνειρον.

At HΓON e verbo ΕΙΔΩΝ, ΕΜΑΥΤΩΝ autem e voce ONEIPON natum esse, veri similis equidem existimo.

Timoth. fr. 5. (III. p. 621. B.)

εἶχοσαν δὲ μέτρ' ἀνέχευεν ἔμοσγέ θ'

αἶμα Βαρχίου νεορρότοις σακρούοισι Νομφᾶν.

Sic Bergk. verba edidit. Ac negari non potest, αἶμα interdum ad vini liquorem a Graecis transferri, de qua consuetudine ipse disputavi in libello qui inscriptus est: Beiträge zur Kritik der Gr. Erot. p. 35. Nihilominus quaeritur, num hoc quidem loco αἶμα a poeta scriptum sit. Traditum est enim librorum memoria ΔΑΜΑ vel ΔΙΑΜΑ, quod nihil aliud est nisi ΝΑΜΑ cf. Ar. Eccl. 14: βαρχίου δὲ νάματος. Anth. Pal. X, 118, 5 Βάρχιο φιλήθονον ἔντυε νᾶμα.

V, 92, 2 *νᾶμα δὲ τοῦ Βρομίου*. Anacreonteorum fr. 44, 12 *Βρομίου στέφεται νᾶμα*. At offendit *ἀσύνδετον*. Non infitior equidem. Sed ne *ἔμισγε θ'* quidem Timotheus videtur scripsisse. Namque quod *AB* exhibent *ἀνέχευαν ἔμισγε* et in *C* *ἀνέμισγε* scriptum exstat, eo videtur effici, ut poetae reddendum sit

*εἴκοσιν δὲ μέτρ' ἀνέχευ', ἀναμίσγων
νᾶμα Βαχχίου νεορρούτοις δακρύοισι Νυμφᾶν.*

Timoth. fr. 13, 1. (III. p. 624 B.)

*σὺ τ' ὦ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον
ἀκτῖσι λαμπραῖς Ἄλιε βάλλων κτλ.*

Adverbium *ἀεὶ* cum ita collocatum sit ut sententia perturbetur, tollendum videtur esse eiusque loco scribendum *ἄνω*, quod quam sit huic loco conveniens, intellegitur e Soph. Phil. 815 *τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον*;

Phanocles apud Plut. mor. p. 671 c. Plutarchus l. l. haec habet: *καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνὴρ, ὧδέ που πεποίηκεν*

*εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοῦτης Διώνυσος
ἤρπασεν, ἠγαθέην Κύπρον ἐποιοῦμενος.*

Mirum in his verbum *εἰδὼς*, pro quo exspectaveris *ἰδὼν*. Sed non cernendi verbum videtur obscuratum esse; immo scribendum

εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν κτλ.

i. e. Adonidem specie divinum.

Nicanor Colophon. apud Aelian. de nat. an. XVI, 28 de Psyllis haec dicit:

*ἔχλουον ὡς Λιβύης Ψύλλων γένος οὔτε τι θηρῶν
αὐτοὶ κόμνουσιν μυδαλέησι τυπαῖς
οὐς Σύρτις βύσχει θνοτρύφος, εὐ δὲ καὶ ἄλλοις
ἀνδράσιν ἤμυναν τύμμασιν ἀχθομένοις
οὐ ρίζαις ἔρδοντες, ἐὼν δ' ἀπὸ σύγχροα γυῖων κτλ.*

Obscura sunt verba *οὐ ρίζαις ἔρδοντες*, nec video quid Hercheri coniectura *ρίζαις ἄρδοντες* proficiatur. Nisi me fallit, *PIZAICEPΔONTEC* natum est e *PIZAICKHAYNTEC*, i. e. *ρίζαις κηλοῦντες*. Intercidit enim post *IC*, id quod omni opinione saepius accidit, littera *K*. Ad rem autem imprimis accommodatum esse verbum *κηλεῖν*, nemo erit qui infitietur; neque opus est exemplis hoc comprobare. Affero tamen, ne curiosus desim, Aelian. II, 24 *εἰ καὶ σοφώτατος εἶη κηλεῖν τε ὀδύνας καὶ ἀφανίζεν*.

Colluth. 300. Paridem facit poeta Helenae persuadentem, ut indulgeat amori neve voluntati ipsius repugnet; copiose autem expositis omnibus, quae ad animum mulieris conciliandum pertineant, orationem suam Paris sic concludit:

οὐχ ἐρέω· τί δὲ τόσον ἐπισταμένην σε διδάξω;

Significaturus igitur aperte est, nihil se iam eis, quae dixerit, additurum esse. Quod si ita est, nihil relinquatur nisi ut scribendum sit *οὐκέτ' ἐρῶ* aut *σιγήσω*, qua futuri forma

posteriores usi interdum sunt, ut Archias Anth. Pal. IX, 27, 4 et Chariton I. 10, 8.

Apud Athenaeum p. 401. e invenitur hoc in Philetam epigramma :

ξείνε, Φιλητᾶς εἶμι λόγων ὁ φευδόμενός με
ὄλεσε καὶ νυκτῶν φροντίδες ἐσπέριοι.

Difficile sane est enodare, quae intellegantur φροντίδες ἐσπέριοι. Herwerden Mnem. n. s. IV. p. 309 proposuit αἰ στιβαραί, cl. Anth. Pal. IX, 170, 1 νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ἤσχυνα λογιμοῖς et M. Antonin. II, 5, ubi est στιβαρῶς φροντίζειν. At longius hoc recedit a librorum memoria. Multo probabilius est

καὶ νυκτῶν φροντίδες ἀστειρίων.

cf. Arat. Phaen. 695.

Transeo nunc ad Babrii quosdam locos, male affectos medicinae uti videtur egentes. Atque vitii aliquid contraxere, quae sunt

F a b. 15, 5 τέλος δ' ὁ μὲν Θηβαῖος υἱὸν Ἀλκμήνης
μέγιστον ἀνδρῶν, σὺν δὲ καὶ θεῶν ὕμνει.

Sic A. Eberhard. verba edidit, Hercheri auctoritatem secutus, qui v. 6. σὺν coniecit scribendum esse pro eo quod in cod. est νῦν. At ut Hercules recte appelletur maximus hominum. deorum summus dici non potest. Itaque emendandum

μέγιστον ἀνδρῶν, ἔνα δὲ καὶ θεῶν ὕμνει.

F a b. 49 Ἐκάθευδες νύκτωρ ἐργάτης ὑπ' ἀγνοίας
φρέατος ἐγγύς τῆς Τύχης δ' ἐπιστάσης
ἔδοξ' ἀκούειν οὗτος, οὐκ ἐγερεθήσῃ;
μή σου πεσόντος αἰτή παρ' ἀνθρώποις
5. ἐγὼ λέγωμαι καὶ κακὴν λάβω φήμην.

Desideratur v. 4 significatio loci, quo cadere forsitan dormiens possit. Propterea nescio an sit corrigendum

μή σου ἔμπεσόντος αἰτή κτλ.

F a b. 61, 4 χῶ μὲν κυνηγὸς ἰχθύων ἀλιπλώων.

θήρην δ' ὁ γριπεδὸς ἠρέτιζεν ἀγρετήν.

Non ignoro quidem, Plutarchum mor. p. 965. c. ἐν ἄλλῳ ἄγρῃ contrariam ponere praedam ὄρειον, similiterque Aelianum de nat. an. II, 2 dixisse ἐν ὄρεισι καὶ ἐν ἀέρι καὶ ἐν θαλάσση, neque aliter IX, 63., atque etiam Ciceronem Lael. 21, 81 scribere: hoc apparet in bestiis volucris, nantibus, agrestibus: sed a Graecis non solet θήρα ἀγρεία ita dici, ut contraria sit maritimae; usurpant potius in eius modi causa adiectivum χερσαῖος, ut Plat. Soph. p. 223. b. Praeterea cf. Aesch. Pers. 707 πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσου κακά. Eur. Hel. 1066 οὐ νομίζω φήσομεν καθ' Ἑλλάδα χέρσῳ καλύπτειν τοὺς θανόντας ἐναλίους. Anth. Pal. VI. 180, 5 οἷς ἅμα χερσαίαισιν ἅμ' ἠερίαισιν ἐν ἄγραις, Ἄγρεῦ, ἅμ' ἐν πλωταῖς, ὡς πρὶν ἀρωγὸς ἔθι. IX, 14, 7 σὺ δ' ἄελπτον ἔχεις γέρας ἀμφοτέρωθεν ἄγρης χερσαίης, πρέσβυ, καὶ ἐναλίης. Aelian. de nat. an. VI, 54 ἐχῶνος, οὐχ ὁ θαλάσσιος ἀλλ' ὁ χερσαῖος. XIII, 21 εἴτε χερσαῖον τὸ ζῷον εἴτε θαλάσσιον. XV, 17 ὁ μὲν τῶν

χερσαίων, δὲ δὲ τῶν ἐναλίω. XVI, 19 λαγῶς θαλάσσιος — ἀλλ' οὐτός γε ἔοικε τῷ
χερσαίῳ κτλ. Hinc colligo Babrium quoque scripsisse

θήρηγν δὲ γριπεδς ἡρέτιζε χερσαίην.

Fab. 95, 50 χαλεπὸν κελεύεις ἀλλ' ὑπουργήσω.

Ad numeros complendos alii aliud excogitarunt. Nauckius Mēl. IV. p. 194. ἔργον post
κελεύεις intercidisse putat. Cui opinioni assentirer, si ante κελεύεις poni illud posset; hoc
enim loco collocatum vocabulum illud oculos scribentis futurum fuisse ut fugeret credibilis
est. Equidem ante ὑπουργήσω intercidisse suspicor voculam ἐχοῦσ', quam litterarum in-
sequentium similitudine suo loco motam esse verisimile est.

Fab. 97, 12. Fabula taurum narrat a leone ad dapem invitatum, cum omnia quidem ad
mactandum parata esse videret, victimam vero praeter pullulum conspiceret nullam, profugisse
confestim in montem, suae nimirum vitae metuentem; postea autem leoni obviam factum ab
eoque obiurgatum, ut illi se purgaret, respondisse

v. 11 δὲ δ' „ἦλθον“, εἶπε, „καὶ τὸ σύμβολον δώσω

οὐκ ἦν ὅμοιον θῦμα τῷ μαγειρεῖω“.

Quae miror integra reliquisse Eberhardium, cum obscuriora sint quam ut intellegantur.
Certe Halmio non contigit, ut lucem eis afferret interpretatus: *non erat conveniens victima
apparatus, vel ut ipsis eius verbis utar* (Gr. Lesebuch p. 173): „*war nicht aehnlich, d. h.
stand in keinem Verhaeltnisse zu der Ausstattung der Küche, den Vorbereitungen, die sie
zeigte.*“ Vim fecit vir doctus et adiectivo ὅμοιον et nomini μαγειρεῖον. Commode vero Her-
mannus coniecit οὐκ ἦν ἔτοιμον θῦμα, quam coniecturam ut recipias facile adducere,
praesertim cum ὅμοιος et ἔτοιμος interdum permixta a librariis esse constet. Quamquam
melius fortasse se haberet sententia sic conformata: οὐκ ἦν ἔτοιμον θῦμά σοι μαγειρεύειν,
quod verbum ab eodem Babrio fab. 122, 16 adhibitum est. Sed malo equidem alia via senten-
tiae claudicanti subvenire; ad sanitatem enim verba miserius affecta revocare mihi videor hac
emendatione:

οὐκ εἶδον οἶον θῦμά σοι μαγειρεύειν.

i. e. non videbam victimam idoneam quam mactares. EΙΔΟΝΟΙΟΝ autem et ΗΝΟ-
ΜΟΙΟΝ ita inter se similia sunt litterarum formis, ut proclive sane esset in describendo a
vero aberrare. De ipsa verborum conformatione cf. Thuc. VI, 12, 2 νομίσατε — τὸ
πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἶον νεωτέρῳ βουλεύσασθαι et Krueger Gr. §. 55. 3. 5.
Quod si quis de dativo dubitet, nihil obstat quo minus scribatur οὐκ εἶδον οἶον θῦμ' ἐγὼ
μαγειρεύειν

Fab. 122, 9 sq. χάκεῖνος εἰπὼν „χάρτιος οὐ φθονῶ ταύτης“

ὀδοῦσιν ἄχροις σκόλοπα θερμὸν ἐξήρει.

Spinam non posse dici calidam, manifestum est. Suspicio editum antiquitus fuisse θηχτόν.

Quae e cod Vaticano descripta est Babrii fabula, edita in Eberhardi Analectis Babr. p. 6.,
v. 10 mendo quodam videtur depravata esse. Ovem enim sic lupo respondentem poeta facit:

καλῶς ἔχει μοι κἄν δὲ τοῦτο συμβαίη,
θεοῦ γενομένην σφάγιον ἢ λύκου θοίνη.

Non adducor autem ut credam, γενομένην eis recte adnumerari verbis, de quibus Kuehner Gr. §. 542. not. 8 (II. p. 841) disputat. Videtur potius σφάγιον, antiquitus ad explicandum genitivum θεοῦ adscriptum, inrepsisse ac suo loco deturbasse adverbium μάλλον. Verba autem illa θεοῦ γενομένην significant i. q. dei velim esse. Cf. Krueger Gr. §. 47. 6. 4.

A poetis ad solutae orationis scriptores delabor, ac primum quidem disputabo de Diogen. ep. 33, 1. Ἐκαθήμην ἐν τῷ θεάτρῳ βιβλίδια κολλῶν, ἀφικόμενος δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου στάς ἐν τῷ καταντικρὸν πλησίον ἐμοῦ τὸν ἥλιον ἀφείλετό μου. Cobet Mnem. n. s. X. p. 50 absurdum iure existimans ἐν τῷ θεάτρῳ emendavit ἐν τῷ αἰθρίῳ, cl. ep. 35, 1; idque fortasse scripsisse epistolae auctorem facile concedo. Nescio tamen an voci ἐν τῷ θεάτρῳ similis sit ἐν τῷ καθαρῷ, quod et apud Homerum invenitur et post eius aetatem alii scriptores adhibuerunt, ut Plato de rep. VII. p. 520 d. οἰκῆν ἐν τῷ καθαρῷ et Ar. Eccl. 320 ἐν καθαρῷ ποῦ ποῦ τις ἂν χέσας τόχοι;

Theophr. char. 17. In describenda ratione hominis inepte queruli cum alia tum haec Theophrastus pronuntiat: πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον, ὅτι „Γιὸς σοι γέγονεν“, εἰπεῖν, ὅτι „Ἄν προσθῆς καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἡμισυ ἄπεστιν, ἀληθῆ ἔρεϊς“. Num ἄπεστιν possit retineri admodum dubium est; nam non sonat, quam significari oportet, amissionem bonorum sed absentiam. Atque Cobet. Mnem. n. s. II. p. 52 absurdum dicit et nihil curans litterarum apices correxit audacius ἀπόλωλεν, quoniam „necessaria sit et evidens oppositio inter γέγονεν et ἀπόλωλεν.“ Quod quidem ut recte statuatur vir doctus, inconsultius certe, quod in cod. Palat. est, ἀπέστην neglegendum duxit. Namque ex una hac scriptura salus petenda est. Haud raro enim ἀπέστη perperam scriptum exstat pro ἀπέσβη, de qua re ipse Cobet. Coll. crit. p. 279 disputavit. Illud autem quod modo dixi verbum ἀποσβέννυσθαι saepius ad res transfertur, quae evanescere dicuntur, ut Xen. Cyrop. VIII, 8, 15 τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην. V, 4, 30 ἀνάγκη σὺν ἐμοὶ τελευτῶντι πᾶν ἀποσβῆναι τὸ ἡμέτερον γένος καὶ ὄνομα. Anth. Pal. VII, 221, 3 ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα τὰ κωτίλα χῶ μετ' αἰδοῦσθε φάλμους κτλ. 298, 4 ὧν ὑμέναιον ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος. 30, 5. 602, 10. Aptissime igitur res familiaris ἀποσβῆναι hoc loco dicitur, praesertim cum hoc ipsum verbum saepissime ad hominum mortem transferatur, ut Eur. fr. 961 ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα διοπετῆς ὄπως ἀστῆρ ἀπέσβη πνεῦμ' ἀφείς ἐς αἰθέρα. Theocr. 4, 39. Anth. Pal. VII, 20, 1. 78, 2. 595, 3. Anacreont. 29, 8. Plut. Dem. 23, 2 ὁ Δημοσθένης ἀπεσβήκει. Lucian. 73, 50 ὁ δὲ [Δημοσθένης] χαίρειν εἰπὼν ἀπέσβη. Sic enim scribendum pro eo quod in libris est ἀπέπτη. cf. Bekk. Anecd. gr. p. 422 ἀπέσβη· ἐσβέσθη ἢ ἐπαύσατο, τέθνηκεν. Cobet. Coll. crit. l. l. Valcken. diatr. p. 61. Jacobs. del. epigr. IX, 12, 3. Baehr. in Plut. Philop. 20, 3. p. 70. Stall-

baum in Plat. Polit. p. 269 b. Ut exprimeret igitur, nato filio extinctam esse et quasi mortuam dimidiam rei familiaris partem, verbo ἀπέσβη vix aptius eligere Theophrastus potuit.

Item labecula quaedam inquinata sunt, quae in descriptione habitus hominis immundi et spurci apud Theophr. char. 19 scripta videmus: καὶ χιτωνίσκον παχύν, ἱμάτιον σφόδρα λεπτόν καὶ κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος εἰς ἀγορὰν ἐξελεθεῖν. In his neque παχύν recte se videtur habere neque λεπτόν. Primum enim παχὺς χιτωνίσκος contrarius fere est λεπτῷ ἱματίῳ, uti cognoscitur e Plat. Crat. p. 389 b λεπτῷ ἱματίῳ ἢ παχεῖ. Deinde nec παχὺς χιτωνίσκος neque ἱμάτιον λεπτόν spurci potissimum hominis est. Denique non concordant λεπτόν et κηλίδων μεστόν. Nihil vero inepti relinquatur, si scripseris χιτωνίσκον τραχύν καὶ ἱμάτιον σφόδρα λεπρόν κτλ. cf. Polyaen. VI. 12 διπλοῦς τραχεῖα καὶ βυπῶσα. Ac saepius vocabula ΛΕΠΤΟΣ et ΛΕΠΡΟΣ permixta sunt, ut 26, quo loco ὅταν παρακάθηται τις ἀπὸ λεπρὸς καὶ ἀγχιῶν scribendum esse, non λεπτός, Meierus vidit. Cf. Jacobs. in Aelian. de nat. an. II. 41.

Dion. Chrys. VII. p. 247. R. Ἄλλ' εἰ βούλεσθε ἰδεῖν αὐτὴν ἄξω πορευθεῖς· οἱ δὲ ἐκέλευον ἀπῆσαν οὖν ἐκεῖνός τε καὶ οἱ παῖδες αὐτόθεν δρόμῳ χαίροντες. Haec qui legit facere non potest quin coniuncta putet δρόμῳ χαίροντες, cum ἀπῆσαν δρόμῳ coniungenda sint. Aperte igitur verborum ordo perturbatus est, quod vitium nullo negotio tolles si scripseris χαίροντες οὖν ἐκεῖνός τε καὶ οἱ παῖδες αὐτόθεν δρόμῳ ἀπῆσαν.

Dion. Chrys. LXXIX. p. 433. R. II. εἰ δὲ γε ὠφέλει τὸ κερτῆσθαι χρυσίον, οὐδὲν ἐκόλυεν Αἰθίοπας τοὺς ἄνω μακαριωτάτους εἶναι δοκεῖν, ὅπου τὸ χρυσίον ἀτιμώτερον ἢ παρ' ἡμῶν ὁ μύλυβδος, καὶ φασιν αὐτόθι τοὺς καχούργους ἐν παχείαις δεδέσθαι πέδαις, ἀλλ' οὐδὲν ἤττον εἰσι δεσμῶται καὶ πονηροὶ καὶ ἄδικοι. Verbum παχείαις non conveniens esse sententiae, luce clarius est. Nihil enim hoc loco refert commemorare, quanta compedes fuerint apud Aethiopes crassitudine, sed hoc potius mirum ac notabile Dion dicit, aureis illos compedibus consuesse maleficos vincire. Revocandum igitur quod antiquitus sine dubio scriptum erat: ἐν παγχρύσοις δεδέσθαι πέδαις.

Plut. mor. p. 106. f. de naturae vi disputans, qua quae genita sint eodem pacto occidunt, sic concludit: ἡ πρώτη οὖν αἰτία ἡ δειξάσα ἡμῶν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἡ αὐτὴ καὶ τὸν ζοφερόν Ἄιδην ἄγει. Non bene convenit ἄγει verbum ei quo ante scriptor usus est: δειξάσα. Nec satis aptum omnino illud verbum, quod decurtatum duco ortumque ex ἀνοίγει.

Plut. mor. p. 208a. Πείσωνος δὲ τὴν οἰκίαν ἐκ θριμυλίων ἄχρι πάσης στέγης ἐπιμελῶς οἰκοδομοῦντος, εὐθυμον ἔφη με ποιεῖς οὕτως οἰκοδομῶν, ὡς αὐτοῦ τῆς Ῥώμης ἐσομένης. Quid sit ἄχρι πάσης στέγης nemo facile enodabit. Intellegerem si scriptum esset ἄχρι στέγης ἀκροτάτης.

Plut. mor. p. 551. f. Οἶμαι μὲν οὖν καὶ τὸν Κέκροπα διφυᾶ προσαγορευῆσαι τοὺς παλαιούς, οὐχ, ὡς ἔνοι, λέγουσιν, ἐκ χρηστοῦ βασιλείως ἄγριον καὶ δρακοντώδη γενόμενον τύραννον.

ἀλλὰ τοῦναντίον ἐν ἀρχῇ σχολιὸν ὄντα καὶ φοβερόν εἶθ' ὕστερον ἄρξαντα πράως καὶ φιλανθρώπως. Offendo in vocabulo σχολιόν, quoniam malitiae notio aliena videtur esse ab hoc loco, quo de importunitate Cecropis postea in humanitatem conversa dicitur. Et ne δύσκολον quidem, in quod incideris, satis aptum est. Immo cum *K* et *Φ* non raro permixta in libris ms. esse constet (cf. Wecklein Ars Soph. em. p. 50), in vocabulo ΣΚΟΛΙΟΝ reconditum latere ΣΦΟΔΡΟΝ suspicor cf. p. 551. c. τὸ τραχὺ καὶ τὸ σφοδρόν. Eadem coniungit de oratione Dinarchi iudicans Hermogenes Rh. Gr. II. p. 413. Sp. Addo Plut. Tib. Gracch. 2, 2 πρᾶος καὶ καταστηρικτὸς ἦν ὁ Τιβέριος, ἔντονος δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ Γάιος, ubi πρᾶος voci σφοδρὸς contrarium videtur esse. Eadem consociantur Artax. 2, 1. Porro cf. Brut. 29, 4 σφοδρὸς καὶ θυμοειδής. Arat. 52, 2 δξὸς καὶ σφοδρὸς. De cohib. ira 1 σφοδρὸς καὶ διάπυρος πρὸς ὀργήν.

Pergit: Εἰ δὲ τοῦτ' ἄδηλον, ἀλλὰ Γέλωνά γ' ἴσμεν καὶ Ίέρωνα, τοὺς Σικελιώτας, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἰπποκράτους, ὅτι πονηρίᾳ κτησάμενοι τυραννίδας, ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν 552 a. αὐταῖς, καὶ παρανόμως ἐπὶ τὸ ἄρχεῖν ἐλθόντες ἐγένοντο μέτριοι καὶ ὠμωφελεῖς ἄρχοντες· οἳ μὲν εὐνομίαν τε πολλήν καὶ γῆς ἐπιμέλειαν παρασχόντες, αὐτούς τε σώφρονας τοὺς πολίτας καὶ φιλεργούς ἐκ πολυγέλων καὶ λάλων κατασκευάσαντες· Γέλων δὲ κτλ. Apparet voce οἳ μὲν Hieronem significari et Pisistratum. Horum autem opera cives σώφρονας et φιλεργούς factos esse ex hominibus ad risum proclivibus et loquacibus, nemo facile credat. Nec Plutarchi vitio hoc scriptum sed librariorum incuriae vel stultitiae est tribuendum. Atque unum mendum Cobet. Coll. crit. p. 516 iam correxit, quem non fugit, πολυΓΕΛΩΝ perperam scriptum esse pro πολυΤΕΛΩΝ, reliquit tamen alterum. Certe Pisistrati non tantum valuisse auctoritatem, ut Athenienses sui dissimiles existerent (cf. Bernhardt Gr. Litt. I. p. 377), loquacesque esse desinerent, Plato testatur, qui de leg. I. p. 641 e τὴν πόλιν, inquit, ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνας ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλολόγους τέ ἐστι καὶ πολυλόγους. Neque aliter iudicat Chariton, qui VI. 6, 7 haec habet: Ἕλληνας δὲ εἰσι μικραῖτιοι καὶ λάλοι atque etiam Livius VIII. 22, 8 Palaepolitanos, natione Graecos, gentem appellat lingua magis strenuam quam factis. Manifestum est igitur, ne verbum λάλων quidem ipsius Plutarchi esse, praesertim cum σώφροσι bene opponantur πολυτελεῖς, non item λάλοι hominibus φιλεργοῖς. Emenda ἐκ πολυτελῶν καὶ μαλακῶν, nihil inepti relinquatur. Adiectivum μαλακός enim voci φιλεργός non minus apte opponitur, quam μαλακία voci τόλμα apud Aeschin. de falsa legat. 106. Saepissime enim μαλακούς inertes dici et ignavos, inter omnes constat. Hinc dicitur μαλακός καὶ ἀνανδρός Plut. Dem. 29, 4. Caes. 19, 2. Cic. 19, 5. Aelian. de nat. an. X, 22, μαλακός καὶ ἀτολμος Plut. de vitioso pud. 14. μαλακός καὶ ἀγεννής Plut. Dem. 11, 3. 22, 2. δειλὸς καὶ μαλακός Lucian. 48, 43, uti μαλακία καὶ δειλία Plut. Ages. et Pomp. comp. 4, 2; θρυπτικός et μαλακός Muson. in Stob. flor. 56, 18. (II. p. 337, 13. M.); ἀργός καὶ μαλακός Plut. Fab. Max. 25, 3; ἀργία καὶ μαλακία mor. p. 24. a. et p. 791. c. ἀπραξία καὶ δειλία καὶ μαλακία mor. p. 784. a; ἀτολμία καὶ μαλακία Plut. Dem. 6, 4; μαλακία καὶ θηλότης Galba 25, 1; μαλακία καὶ ἀνανδρία Polyb. VIII, 12, 5. Demosth. ep. 2, 25. Quam

apte denique πολυτελεῖς et μαλακοὶ consociantur, similia docent exempla. Copulantur enim μαλακία καὶ πολυτέλεια Plut. Ag. 3, 1, μαλακὸς καὶ τρυφῶν Aristot. eth. 7, 7, τὸ τρυφῶν καὶ μαλακόν Ar. Vesp. 1455, τρυφή καὶ μαλακία Plut. Cat. mai. 16, 5. Cat. min. 3, 6. 8, 1. de aud. 16. —

Plut. mor. p. 793. a. Ὡσπερ γὰρ εἰ καθήκον ἦν ἄδοντας διατελεῖν ἔδει, πολλῶν τόνων καὶ τρόπων ὑποκειμένων φωνῆς, οὗς ἁρμονίας οἱ μουσικοὶ καλοῦσι, μὴ τὸν ὄξυν ἅμα καὶ σύντονον διώκειν γέροντας γενομένους, ἀλλ' ἐν ᾧ τὸ ῥάδιον ἔπεστι μετὰ τοῦ πρέποντος ἤθους οὕτως κτλ. Dubito de adiectivo ῥάδιον, cuius loco haud scio an scribendum sit τὸ πρᾶον. Haud raro enim φωνή appellatur πραεῖα ut Rom. 7, 4 mor. p. 590 c. Xen. Conv. 8, 3. Contrarium est τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς Plut. Mar. 14. Nicostr. ap. Stob. III. p. 31, 28. M. Lucian. Necrom. 18. Ac saepius πρᾶος et ῥάδιος permixta sunt; cf. Cobet. V. L. p. 194. Idem fortasse accidit Liban. III. 197, 18 θησαυροῦ μὲν κωλυόμενοι τυχεῖν οὐ πρᾶως τοῦτ' ἂν ἠγεῖσθε, λόγων δὲ [κωλυόμενοι τυχεῖν] πρᾶως ἀξιώσετε φέρειν. De quo loco Cobet. Coll. crit. p. 259: „aequo animo ferre, inquit, est πρᾶως φέρειν, non ἠγεῖσθαι, quam ob rem corrige οὐ πρᾶως τοῦτ' ἂν ἠνέγκατε. Deinde expunge male repetita κωλυόμενοι τυχεῖν.“ De delendis verbis summo viro facile assentior, ἠνέγκατε Libanium scripsisse, non possum mihi persuadere. Longius enim recedit hoc verbum a memoria librorum, nec veri simile, eandem locutionem a Libanio brevi intervallo repetitam esse. Ego proponere non dubito: οὐ ῥαδίως τοῦτ' ἂν ἠνείχεσθε κτλ.

Plut. mor. p. 796. a. De invidia disputans Plutarchus dicit ἐν δὲ πρεσβύταις ἄωρόν ἐστι [τοῦτο τὸ πάθος], καὶ ἄγριον καὶ ἀγεννές. Fera autem vix dici potest invidia; itaque ἄγριον mutandum est si minus in ἀχάριτον, at in αἰσχρόν, quod imprimis commendaverim memor eorum, quae scripta sunt p. 794 e. ἀκούειν οὕτως αἰσχροὶ καὶ ἀγεννή βουλευομένους.

Plut. Lyc. 30, 5: ἦτουν γὰρ — ἐνα Σπαρτιάτην ἠγεμόνα· καὶ λαβόντες ἐχρῶντο μετὰ τιμῆς καὶ δέους, ὥσπερ Γυλίππῳ Σικελιώται κτλ. Alienum hoc loco apparet δέους. Non metuisse enim alias gentes, sed potius magni aestimasse ac reveritas esse Lacedaemonios duces, qui ut sibi mitterentur illae petiverant, Plutarchus aperte dicere vult. Huic autem scriptoris consilio consentaneum est μετὰ τιμῆς καὶ αἰδοῦς, quae ipsa copulata adhibuit mor. p. 778. f. Addere iuvat, Aelianum quoque et διὰ τιμῆς ἄγειν dixisse, ut de nat. an. X, 16 et δι' αἰδοῦς ἄγειν ut V. H. IX, 26. de nat. an. X, 49. XI, 6. Neque aliis locis non accidit, ut pro αἰδῶς perperam δέος scriberetur, ut Charit. V, 4, 6, ubi παράγονται δὲ οἱ καθεζόμενοι μετὰ σιγῆς καὶ αἰδοῦς scribendum esse, non καὶ δέους, iam Hercherus intellexit.

Plut. Pyrrh. 21, 5. Duobus deinceps diebus Pyrrhus cum Romanis prope Asculum confluit, ac priore die res minus prospere cessit, cuius rei causam Plutarchus in locorum iniquitate positam fuisse dicit; tradit enim περὶ Ἄσκλον πόλιν τοῖς Ῥωμαίοις συνάψας καὶ βιαζόμενος πρὸς χωρία δύσιππα καὶ ποταμὸν ὑλώδη καὶ τραχύν κτλ., in quibus hoc sane est quod miremur, fluvium dici ὑλώδη καὶ τραχύν. Nam fluvius silvestris nihil est. Quare fuerunt qui ἐλώδη vel ἰλυώδη corrigerent, fluvium fingentes paludibus cinctum. At

ὕλωδης ποταμός ipse fluvius intellegitur limosus, (cf. Nauck. Mél. Gr.-Rom. III. p. 326.), non loca illa voce significantur, quae ripas tangunt. Rapidi vero fluvii non solent esse limosi, nisi forte aucti sunt imbris. Itaque Horatius ep. II. 2. 120 vemens, inquit, et liquidus puroque simillimus amni fundet opes. At enim apud Ovidium Met. VII. 6 haec legimus: *contigerant rapidas limosi Phasidos undas*. Sed ne Ovidii quidem verba vitio videntur carere, praesertim cum Phasis placide fluere dicatur, qui „placidis flexibus regit“ et Orph. Argon. 803 *δονακώδης* appellatur; *δονακώδεις* autem fluvii solent esse limosi. (cf. Apoll. Rhod. Argon. II. 820. 803. 825), et ob eam ipsam causam placidi. Quamquam non consentiunt inter se veterum de Phasidis natura testimonia. Val. Flacc. IV. 616 enim rapidum amnem dicit, et Orph. Argon. 794 appellatur *δινήεις*, quocum sane non congruit v. 763 *αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο διὰ στόμα πρηγὺν ῥέοντος ἰχόμεθ'*, ut hoc quidem loco incertum sit an *τρηγὺν ῥέοντος* scribendum esse videatur. In hac igitur veterum testium discrepantia de emendatione loci Ovidiani, quae est necessaria, dubitationem moveri consentaneum est. Ambigendi enim locus est, utrum corrigendum sit: *placidas limosi Phasidos undas*, an *rapidas spumosi Phasidos undas*, cf. Met. I. 570 *Peneus ab imo effusus Pindo spumosis volvitur undis*. Verum ut ad Plutarchi locum redeamus, unde declinavit oratio, hoc constat opinor, non posse consociari *ὕλωδης* et *τραχύς*, posse *ροώδης* (cf. Appian. Iber. 91) et *τραχύς*. Iam suspicere forsitan, verborum ordinem antiquitus perturbatum esse, cum Plutarchus scripsisset: *πρὸς χωρία δόσιππα καὶ ὑλώδη καὶ ποταμὸν τραχὺν κτλ.* Cum vero Brut. 51, 1 quoque scriptum videamus *Βροῦτος δὲ διαβῆς τι ῥεῖθρον ὑλώδεις καὶ παράροημον*, ista videtur abicienda esse opinio et statuendum, utroque loco adiectivum *ὕλωδης* invito scriptore in orationem inrepsisse. Quaerenti autem quod adiectivum cum voce *τραχύς* recte coniungeretur, occurrit mihi *ΔΙΝΩΔΗΣ*, ex quo, ommissa nimirum littera Δ propter similitudinem antecedentis litterae Ν, facillime *ΥΛΩΔΗΣ* natum est. Idem autem adiectivum Brut. I. 1. restituendum esse arbitror. Cf. Cat. mai. 20, 4 *τὰ δινώδη καὶ τραχύνοντα τοῦ ποταμοῦ διανηχόμενον ἀποβιάζεσθαι*. Dio. Cass. 68. 13.

His autem admoneor, ut aliquid de iis addendum esse videatur, quae Aelian. de nat. an. XIII. 14 de lepore campestri scripsit: *σκιρτῆ γούνη τὰ πρῶτα ἀπὸ τῆς γῆς καὶ πηδῆ, διαδύεται δὲ καὶ διὰ θάμνων ὀλισθηρῶς [ἐλαφρῶς?] καὶ εὐκόλως καὶ διὰ παντὸς ἐλώδους τόπου*. Vix enim mihi persuadeo, de paludibus Aelianum cogitasse, cum virgultorum modo mentionem fecisset, atque addidisset *καὶ διὰ παντὸς — τόπου*. Ex hoc enim additamento videtur colligi posse, virgultis commemoratis omnem omnino locum arbustum ac silvestrem scriptorem dicere voluisse. Emendandum igitur *καὶ διὰ παντὸς ἐλώδους τόπου*.

Item Aelian. de nat. an. II. 42: *ἀκούω δὲ ὅτι ἐν τῇ θρόγκῃ καὶ ἀνθρώποις εἰσὶ σύνθηροι (ἰέραες) ἐν ταῖς ἐλείοις ἄγραις*, cum Plinius X. 8 dicat: „*hi ex silvis et arundinetis excitant aves*“, videtur *ὕλαις* praestare, nisi forte Aelianus ἐν ὕλαις καὶ ἐλείοις ἄγραις scripsit.

Plut. Aem. Paul. 21, 1 de Catone, genero Aemilii Pauli, haec dicit: *οἷα δὲ νεανίας*

ἐντεθραμμένος πλείστοις παιδεύμασι καὶ μεγάλῳ πατρὶ μεγάλῃς ἀποδείξεις ὀφείλων — ἐπέδραμε τὴν μάχην. Nihil autem refert, utrum plurimis an paucis institutus fuerit disciplinis, modo essent bonae. Quod cum intellexisset Madvigius Advers. I. p. 580 χρηστοῖς coniecit scribendum esse. Cui tamen coniecturae praefero *APICTOIC*, quod litteris similis est adiectivo *ΠΛΕICTOIC*.

Plut. Marc. 17, 5. De arte Archimedis praedicans Plutarchus ζητῶν μὲν γὰρ inquit οὐκ ἂν τις εἴροι δι' αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, ἅμα δὲ τῇ μαθήσει παρίσταται δόξα τοῦ κλῆν αὐτὸν εὐρεῖν οὕτω λείαν δόδον ἄγει καὶ ταχεῖαν ἐπὶ τὸ δεικνύμενον. Hoc unum videtur scriptor affirmare, quae demonstret Archimedes, tam dilucide eum explicare ac paene sub oculos subicere, ut non impedita et difficilia inventu esse videantur, sed facillima. Ergo non tam de celeritate agitur quam de facilitate, qua ad propositum discentes perveniant. Quamvis igitur δόξος ipsa quidem ταχεῖα recte dicatur (cf. Flamin. 4, 1. Lucian. Necrom. 22. Ar. Ran. 127. Anth. Pal. X, 112, 2. Rehdantz. in Xen. Anab. I, 2, 20.) hoc tamen loco minus aptum illud adiectivum non possum non dicere, ambigo vero, utrum *TAXEIAN* ortum esse statuam e *ΠΛΑΤΕΙΑΝ* cl. Dion. Chrys. or. XXXVI. p. 80. R. II. ἐν λείῳ καὶ πλατεῖ πεδίῳ, an e voce *ΠΑΙΔΙΑΝ* cl. Xen. Mem. II, 1, 23. 29. Cobet. V. L. p. 146.

Plut. Mar. 39, 2. Cum Minturnensium magistratus Marium interficere decrevissent, nullus autem civis manum ei afferre auderet, eques quidam cum gladio domum invasit, ubi ille versabatur. Haec ubi narravit Plutarchus sic pergit, τοῦ δὲ οἰκῆματος, ἐν ᾧ ἔτυχε μέρει κατακεῖμενος, οὐ πᾶν λαμπρὸν φῶς ἔχοντος ἀλλ' ὄντος ἐπισκίου, λέγεται τὰ μὲν ὄμματα τοῦ Μαρίου φλόγα πολλὴν ἐκβάλλοντα τῷ στρατιώτῃ φανῆναι κτλ. Notabilis est verborum collocatio τοῦ δὲ οἰκῆματος ἐν ᾧ ἔτυχε μέρει κατακεῖμενος, quae si recte sapio ita interpretanda sunt, ut μέρει in enuntiato relativo positum esse statuamus, cum dicendum esset τοῦ δὲ οἰκῆματος μέρους, ἐν ᾧ κτλ. Impeditam autem et contortam esse verborum conformationem, vix quisquam negabit. Accedit quod non satis liquet, quid sit, cur aliqua tantummodo pars conclavis illius obscura fuisse dicatur. Mihi quidem videtur emendandum esse: τοῦ δὲ οἰκῆματος, ἐν ᾧ ἔτυχε *N APTI* κατακεῖμενος κτλ.

Plut. Mar. 44, 1. De M. Antonii fortuna exponens Plutarchus servum narrat a paupere illo homine, cuius fide domum Antonius receptus erat, ad cauponem missum esse, ut vinum afferret: οἰκέτην ἔπεμψε πρὸς τινα τῶν ἐγγύς καπήλων ληψόμενον οἶνον διαγευομένου δ' ἐπιμελέστερον καὶ βελτίονα μετρήσαι κελεύοντος, ἠρώτησεν ὁ κάπηλος, ὅ τι παθὼν οὐχὶ τὸν νέον ὥσπερ εἶωθεν, ὠνεῖται καὶ δημοτικόν, ἀλλὰ τοῦ σπουδαίου καὶ πολυτελοῦς. In his primum quidem incertum est, an καπήλων ληψόμενον perperam scriptum sit pro καπήλων ὠνησόμενον. Hoc enim verbum nescio quo pacto eo commendatur, quod paulo post idem positum est. Deinde non dubito quin mendosum sit νέον, in quo nihil offenderem, si non σπουδαίου sed παλαιοῦ vini (cf. Lucian. 42, 3 et Herodian. V, 5.) mentio facta esset, Nunc vero *NEON* natum esse existimo e *AITON*, ut leve vinum significetur, quod non minus recte dicitur quam ὕδωρ λιτόν apud Lucian. 38, 4. Diog. Laert. VIII, 13. Anth. Pal.

XI, 20, 4. et idem valet quod *οἶνος λεπτός* (Lucian. 17, 18. Athenae. I. p. 26. c. p. 33. d. Dioscor. V, 9. et 11.). Vel inviti autem ad illud adiectivum nos trahimur, consuetudinem reputantes scriptoris *δημοτικὸν καὶ λιτόν* coniungendi, cuius consuetudinis exempla affero Cat. min. 35, 3 *πρὸς τὸ δημοτικὸν καὶ λιτόν*, et Ages. 7, 2 *Ἀγησίλαον ἀφελῆ καὶ λιτόν ἐν ταῖς ὀμιλίαις καὶ δημοτικὸν ὀρῶντες*. Praeterea cf. Cat. mai. 4, 1 *λιτῆν ἐσθῆτα καὶ δημοτικὴν ἀσπαζόμενος οἴκησιν*, et Numa 15, 2 *δειπνον εὐτελεές καὶ δημοτικόν*. Atque idem restituendum, nisi me omnia fallunt, Plut. mor. p. 527. d., ubi haec sunt: *ἡ πατριος τῶν Διονυσίων ἑορτὴ τὸ παλαιὸν ἐπέεπετο δημοτικῶς καὶ ἱλαρῶς*. Veterum enim parsimonia et frugalitas laudatur. Itaque *ΠΑΡΩΣ* mutandum est in *ΛΙΤΩΣ*. Hinc dicuntur *λιτὰ σιτία* Polyb. VIII, 37, 2., *δειπνα* Plut. Cic. 10, 1. Lucian. 42, 3. Anth. Pal. IX, 644, 3.; hinc *λιτὰ δειπνῶν* Anth. IX, 409, 3; *λιτὴ τράπεζα* Plut. mor. p. 525. c., *ξενίη* Anth. IX, 668, 14.; *λιτὰ ὄψα* Plut. mor. p. 157. f.; *λιτὴ φουστὴ* Anth. VII, 736, 5. et *αὐτὸν ἔφερβεν Εὐμηλος λιτῶς* Anth. VII, 156, 2. Contraria autem ponuntur *λιτὰ (ἐδέσματα)* et *πολυτελεῖ* Polyb. XXXIX. 1. a. 5.

Plut. Mar. 45, 4. *τέλος δ' ὡς ἤκέ τις ἀπαγγέλλον ἀπὸ θαλάσσης νέοι προσπίπτοντες αὐτῷ φόβοι κτλ.* Cum nuntio allato formidines Marii animum occupasse dicantur, requiri videtur: *ὡς ἤκέ τις κακῆγγελος*. Evanuit autem *K* facillime post litteras *TI*. Simili errore mor. p. 241. b. pro *κακῆγγελος* perverse in libris scriptum est *κατῆγγελος*.

Plut. Lucull. 7, 4. Mithridatem Plutarchus tradit alterum cum Romanis bellum multo diligentius parasse. Quod ut illustret dicit: *ἀφελῶν γὰρ τὰ παντοδαπὰ πλήθη καὶ τὰς πολυγλώσσους ἀπειλὰς τῶν βαρβάρων — ξίφη μὲν ἠλαύνετο Ῥωμαϊκὰ κτλ.* Quid minae autem barbarorum *πολύγλωσσοι* hoc quidem loco sibi velint, non assequor. Nam quid tandem incommodi e minis barbarorum antea in ipsum bellique prioris fortunam redundasse putamus? Nec iuvat ea conferre, quae 26, 4 de Tigranis confidentia insolentiaque narrantur: *ἐλπιδῶν δὲ καὶ θράσους καὶ βαρβαρικῶν ἀπειλῶν μεστὰ μὲν ἦν τὰ συμπόσια τοῦ βασιλέως, μεστὰ δὲ τὰ συμβούλια κτλ.* Hic enim vana verborum iactatio perstringitur, cuius commemoratio ad illius loci rationem minus accommodata est. Conveniens vero imprimis videtur esse *τὰ παντοδαπὰ πλήθη καὶ τὰς πολυγλώσσους ἀγέλας τῶν βαρβάρων κτλ.*, qua voce in condita barbarorum turba ridetur ac despicitur. Nec raro *ἀγέλη* ad homines transfertur, ut Plat. de leg. III. p. 694. d. *ὁ δὲ πατήρ — ποιμένα μὲν καὶ πρόβατα καὶ ἀγέλας ἀνδρῶν — ἐκτῆτο*. Xen. Mem. III, 11, 5 *πολλῶν χρεῖττον ὄτων τε καὶ βοῶν καὶ αἰγῶν φίλων ἀγέλην κεκτῆσθαι*. Plut. mor. p. 338. c. *ἐν ἀγέλαις γυναικῶν ἀνέδην διαμερῶντων*. Pind. fr. 112. ed. B. *Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα*. Fr. 122, 15 *χορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον*. Epicrat. com. fr. 8, 9. (3, 370) *ιδῶν ἀγέλην μειρακίων*. Anth. Pal. XVI. 131, 5 *ἃ δὲ τόσας ἀγέλας (τέκνων) μάτηρ*.

Idem vocabulum *ἀπειλή* non recte videtur scriptum esse Appian. Celt. 17. (I. p. 54, 20 ed Mendels.), ubi ad iniurias Ariovisti ulciscendas arma ei Caesarem intulisse scriptor tradit, his usus verbis: *καὶ ὁ Καῖσαρ ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν*

μετ' ἀπειλῆς. Minantem autem proficisci, si quis bellum alteri facturus sit, facillime id re ipsa potest intellegi. Nec simile est scriptoris consilium Syr. 35. (I. p. 406, 12) scribentis: καὶ βιάδην ὑπεχώρουν σὺν ἀπειλῇ, πάνυ εὐσταθῶς καὶ Ῥωμαίοις ἐπιφόβως. Macedones enim significare vult Romanis insequentibus periculum minitantes (*in drohender Haltung*) pedetemptim se recepisse. Eo vero unde exorsi sumus loco *ΜΕΤΑΠΙΕΙΑΗC* perperam exaratum esse puto pro *ΜΕΤΑ ΣΠΟΥΔΗC*, qua voce Appianus saepenumero usus est, ut I. p. 94, 11. 158, 13. 184, 15. 230, 15. 232, 6. 457, 7. 399, 5. de b. civ. V, 33. (bis). Addo Aelian. V, H. XII, 64. Polyb. X, 9, 6. XI, 10, 8. 15, 5.

Appian. Syr. 46 (I. p. 417, 24): οἰκτρὰ δὲ ἡ ὄψις ἦν ἀναιρουμένων θηρίων ἡμέρων τε καὶ σπανίων. De elephantis dicitur, quos Romani occidi iusserunt. Quae beluae quo tandem pacto *σπάνιαι* possint nominari, fateor me non dispicere. Contra cum adiectivo *ἡμέρων* commode copularetur *πράων*, cf. Plut. Lyc. 11, 3. Aelian. de nat. an. V, 10. 50. VI, 17. IX, 58. X, 10. XII, 44. Lucian. Pisc. 24. Similiter consociantur *ἡμερος* καὶ *χειροθήτης* Aelian. de nat. an. XVII, 5; *πραότατος* καὶ *εὐάγωγος* II, 11., *πρᾶος* καὶ *χειροθήτης* Plut. mor. p. 138. c; *θηρία τιθασέμενα* καὶ *χειροθήτης* mor. p. 2. f; *ἡμερος* καὶ *φιλόανθρωπος* Aelian. de nat. an. II, 42. XVII, 39; *ἡθὰς* καὶ *ἡμερος* XIV, 1; *ἡμερος* καὶ *τιθασός* Lucian. Alex. 7; *ὄσπειθής* καὶ *ἀνάγωγος* et *πειθήνιος* καὶ *συνήθης* Plut. mor. p. 592. b; *πρᾶος* καὶ *τιθασός* Aelian. IV, 36. XVI, 18; *ἡμεροῦνται* (λέοντες) τε καὶ γίνονται ῥᾶστα τιθασοί. Aelian. XVII, 26.

Herodian. VII, 5, 4. De coepto adulescentium, qui Gordiano invito summum deferunt imperium, exponens Herodianus haec habet: ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν (νεανίσκοι) ξιφῆρεις ἐνέκειντο, ἐκείνος δὲ ὑπὸ δέους καὶ ἀγνοίας οὐκ ἤδει τὸ πεπραγμένον οὐδὲ τὸ τῆς παρούσης τύχης αἰτίων κτλ. Non sensisse senem rem factam propter inscientiam, qui recte sapit, nemo facile dicit. Nihil contra inepti residebit, si emendaveris *ὑπὸ δέους καὶ ἀγνοίας*. Saepissime enim talia copulantur, ut Plut. mor. p. 161. d. *μεστὸς ὢν ἀπορίας, ἀγωνίας καὶ παραχῆς*, quo ipso loco *ἀγνοίας*, codicum fide traditum, iam pridem ab Herchero emendatum est. Atque eodem vitio liberanda est oratio Appiani de b. civ. II, 119, ubi haec sunt: ἐδεδοίκεσαν, τῇ μὲν βουλῇ, καὶ εἰ ἀδύνατα ὑπ' ἀγνοίας καὶ θορύβου διέφυγε, θαρροῦντες ὄμως κτλ. Non inscitia enim profugerant senatores sed metu perturbati. Itaque *ὑπ' ἀγνοίας καὶ θορύβου* corrigendum videtur esse, praesertim cum *θορύβος* non tumultum modo sed perturbationem etiam animi interdum significet, velut Plat. Phaed. p. 66. d *θορύβον παρέχει καὶ παραχῆν*. Polit. p. 237. a *θορύβου τε καὶ παραχῆς ἡδὴ πανόμενος*. Eur. Iph. Aul. 604 *μηδὲ θόρυβον μηδ' ἐκπλήξιν — παρέχωμεν*. Plut. Pomp. 60, 3 *κατέσχε Ῥώμην μετ' ἐκπλήξεως θόρυβος καὶ φόβος*. Fab. 6, 7. Aeschin. de falsa leg. 72. Aristoph. fr. 589, (2, 1181). Dion Chrys. II. p. 91. R. Appian. Illyr. 25. Hannib. 23. de b. civ. III, 89. — Item *θορύβου καὶ παραχῆς* Plut. Pyrrh. 34, 3; *θορύβος καὶ ἀπορία* Appian. Mithrid. 89; *θορύβος καὶ μέριμνα* de b. civ. III, 34; *σὺν θορύβῳ καὶ δέει* de b. civ. IV, 7. Praeterea cf. Plut. Mar. 43, 4: ὥστε καὶ τῶν φίλων ἕκαστον ἀγωνίας μεστὸν εἶναι καὶ φρίκης. Mor. p. 588. a. εἰς

ἀγωνίαν ὑπηγόμεθα καὶ φόβον. Dem. de cor. §. 33 ἦν Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. Dubium vero est, num etiam Plut. Sol. 7, 4 οἷς οὐδ' ἀπόλαυσις ἐγγίνεται τοῦ ποθουμένου παρόντος, τοῦ μέλλοντος ὠδῶνας ἀεὶ καὶ τρόμους καὶ ἀγῶνας, εἰ στερήσονται, παρέχοντος αὐτοῖς pro ἀγῶνας scribendum sit ἀγωνίας, quod Cobet. Mnem. n. s. VI. p. 132 suasit. Praesidio enim loco Plutarcho est Herodian. II, 3, 6 ἐμοὶ δὲ ταῦτα μεγάλα ὄντα καὶ ἐξαίρετα τιμῆς γε αἰσθησὶν ἐκπλήττει, δέος τε καὶ ἀγῶνα οὐ μικρὸν ἐμποιεῖ, unde cognoscitur, animi perturbationem et commotionem ἀγῶνα interdum dici. Cf. Eur. Med. 366. sq. Quamquam delectantur fere scriptores copulatione vocabulorum, quibus timoris vis subiecta est. Copulantur autem τάρβος et φόβος Eur. Phoen. 361; Or. 312 τὸ ταρβοῦν κάκφοβοῦν σε; φόβος καὶ πτοία Philostr. imag. II, 4. (p. 344, 30. Kays.), ταραχὴ καὶ φόβος Polyb. IX, 6, 1. Plut. mor. p. 167. e. Pyrrh. 26, 4; φόβος καὶ ταραχὴ Dion. 28, 2. Otho 12, 6; ταραχὴ καὶ δέος Caes. 67, 1. Cat. min. 28, 4; δέος καὶ ταραχὴ Sulla 18, 2. Rom. 29, 2; τάρραχος καὶ φόβος Mor. p. 797. b; ταραχώδως καὶ περιφόβως Arat. 26, 2; ταραχώδης καὶ πολυπτώτης Mor. p. 44. e; φοβερός καὶ ταραχώδης Mar. 39, 3; πτοία καὶ ταραχὴ Nic. 21, 9. Artax. 30, 3; ταραχὴ καὶ πτοία Coriol. 32, 3. Fab. 11, 4. Crass. 27, 6. Mor. p. 38. a; ἐκπληξίς καὶ ταραχὴ Nic. 30, 2 Mor. p. 36. e; ἐκπληξίς καὶ τάρραχος Appian. Libyc. 124; ἐκπληξίς καὶ φόβος Dion. Chrys. II. p. 99 R. Plut. Fab. 2, 2. Lye. 5, 4; φόβος τε καὶ κατάπληξίς Nic. 16, 5; φόβος καὶ δέος Appian. Libyc. 42; δέος καὶ φόβος Plat. Prot. p. 358 d; ἐκπληξίς καὶ φρίκη Plut. Caes. 66, 5. Poplic. 7, 1; ἐκπληξίς καὶ δέος Aem. Paul. 19, 1. Mor. p. 567. a. Herod. II, 14; φρίκη καὶ δέος Plut. comp. Lys. et Sull. 2, 4; φρικώδης καὶ φοβερός Galba 15, 5; φόβοι καὶ δειμάτα Thuc. VII, 80, 2. Lucian. Gall. 25; δειμάτα καὶ φόβοι Plut. mor. p. 168. a; δειμα καὶ τάρβος. Mor. p. 165. d; δειμάτα καὶ δέα Aelian. de nat. an. VIII, 10; φρίκη καὶ τρόμος Plut. mor. p. 461. e. Crass. 26, 4. Mar. 44, 6; μετὰ φόβου καὶ τρόμου Paul. ep. ad Phil. 2, 12; ἀδεῶς καὶ ἀτρόμως Plut. mor. p. 474. d; ἀθυμία καὶ φόβος Ages. 17, 3; ἀθυμία καὶ κατήφεια Ages. 30, 5.

Aelian. de nat. an. VI, 48. Quanto pullorum desiderio equae soleant aestuare, ut illustret Aelianus de fuga Darei apud Issum devicti haec tradit: οὐχοῦν ὅτε — ἐνικᾶτο Δαρεῖος, ἔπιπον ἀνέβη θήλων, φυγῆς δεόμενος καὶ σωτηρίας ὠκίστης ἢ δὲ ἄρα τοῦ καταλειφθέντος μνήμη, ὡς εἶχεν ἐπιθυμίας καὶ ποδῶν, τὸν δεσπότην ὑμνεῖται τῆς ἀχμῆς ἐπιχειμένων κινδύνων ἐξαρκάσαι. Offendo in voce ποδῶν, cum non tam de equae velocitatis laude agatur, quam de causa velocitatis, desiderio equae; ὡς εἶχεν ἐπιθυμίας enim sonat: quo erat desiderio, cf. Krueger §. 47. 10. 5. Kuehner II. p. 333. Accedit quod Aelianus dicere consuevit aut ὡς εἶχεν δρμηῆς, ut XIII, 23., aut ἢ ποδῶν εἶχεν, ut II, 39. X, 48. XIII, 14. XVI, 11. Quae cum ita sint, hac videtur opus esse emendatione: ὡς εἶχεν ἐπιθυμίας καὶ πόθου κτλ. Vocabula ἐπιθυμία autem et πόθος non minus apte consociantur, quam ζμερος et πόθος Plut. C. Gracch. 18, 2. Mor. p. 566. a.

Aelian. de nat. an. XVII, 36 ἢ γὰρ φυσικὴ ἐπιθυμία καὶ τοὺς οὐκ ἰδόντας ἐς τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἀναφλέγει. Aelianum vere scripsisse ἢ ἐπιθυμία ἐς ἐπιθυμίαν

ἀναφλέγει, non possum credere. Errore potius describentis ΦΥΣΙΚΗ natum videtur esse e ΦΥΣΙC ΚΑΙ, ut hoc tantummodo relinquendum sit: ἡ γὰρ φύσις καὶ τοὺς οὐκ ἰδόντας κτλ. Nec mirum, φυσική cum in orationem falso inrepsisset, additum esse ad complendam scilicet sententiam ἐπιθυμία καί.

Lucian. amor. 44. Honestum ac decorum adolescentium mane domo exeuntium habitum cultumque, qui multum discrepet a delicato mulierum apparatu, describens Lucianus haec profert: ἀλλ' ἡ πολύπτυχοι δέλτοι κατόπιν ἀκολουθοῦσιν ἡ παλαιῶν ἔργων ἀρετὰς φυλάττουσαι βίβλοι κτλ. In quibus hoc vehementer miror, libros continere dici veterum operum virtutes. Neque vero cogitavit Lucianus de operibus, sed scripsit potius παλαιῶν ΗΡΩΩΝ ἀρετὰς, quod quam nihil distet ab ΕΡΓΩΝ, neminem fugiet; cf. §. 45 πάλιν γὰρ αὐτῶν διδάσκαλοι καὶ παλαιῶν ἔργων ἀντιτιθέμεναι καὶ ἐπιμελούμεναι μνήμαι, τίς ἀνδρεῖος ἡρώς ἢ τίς ἐπὶ φρονήσει μαρτυρούμενος, ἢ οἶοι δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἡσπάσαντο, quo loco pro παλαιῶν ἔργων scribendum esse παλαιῶν ἀρετῶν ipsa quae insequitur enumeratio virtutum dilucide docet. Altero igitur alteri loco lux affertur.

Lucian. amor. 49. εἰ δὲ δεῖ φιλοσόφων παισὶ πιστεύειν, αἰθὴρ μετὰ γῆν ἐκδέχεται τοὺς ταῦτα ζηλοῦντας, ἐς δὲ ἀμείνονα βίον ἀποθανόντες ἔχουσι τῆς ἀρετῆς γέρας τὸ ἄφθαρτον. Ut expeditior fluat oratio, suadeo ut corrigatur: ἐς δὲ ἀμείνονα βίον μετελθόντες κτλ.

Theophyl. ep. 32 de fluvio, qui extra ripas diffluit, haec habet: εἰ δὲ καὶ ὕμβροισι πλουτήσειεν, τοῦ πυρός ἐστιν ἀκρατέστερος κτλ. Dubito vehementer, num Theophylactus scripserit πλουτήσειεν. Rectius videtur dici ὕμβροισι πολὺς βεύσειεν, quae locutio est satis pervulgata; cf. Plut. Ages. 32, 2 ἐρρύη δὲ πλεῖστος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος τότε δ' Εὐρώτας. Luc. 24, 4 Εὐφράτην — κατιόντα πολὺν καὶ θολερὸν, quibuscum conferre iuvat Polyb. IX, 44, 4 οὗτος δὲ (Εὐφράτης) πλεῖστος γίγνεται τῷ βέματι. Praeterea vide Xen. Anab. VI, 2, 4 κρήνη δὲ ἡθέος ὕδατος καὶ ἄφθονος βέουσα. Ac similiter scripsit Thuc. II, 5, 2 ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς μέγας ἐρρύη. Appian. Hannib. 7 ὁ ποταμὸς ἐρρύη μέγας. Dion. Chrys. I. p. 194, 19. ed. Dind. τοῦ ποταμοῦ — μείζονος ἐρρυηχότος. Aelian. de nat. an. XV, 27 τοῦ ποταμοῦ κοίλου βέοντος. Callim. hymn. 1, 18 Ἀδδων ἀλλ' οὐπω μέγας ἔρρεεν οὐδ' Ἐρύμανθος. Eur. Tro. 692 ἦν δ' ὑπερβάλη πολὺς ταραχθεὶς πόντος, κτλ. Cf. Rehdantz in Xen. Anab. VI, 2, 4. IV, 5, 26. et Krueger in Thuc. II, 5, 2. Saepissime autem ad alias res locutio haec transfertur, ut apud Appian. b. c. V, 76 πολὺς γὰρ καὶ ἐς τήνδε ἐρρύη, ταχὺς ὦν ἐς ἔρωτας γυναικῶν. Ach. Tat. VI, 10, 5 ἡ Φήμη — βεῖ μὲν εὐθὺς πολλή. Cf. Valcken. Diatr. p. 154. Iacobs. ad Ach. Tat. p. 855. Cobet. V. L. p. 587. Nauck. Eur. Stud. I. p. 59. Fritzsche in Hor. Sat. I, 7, 28. Krueger in Xen. Anab. VI, 2, 4. Gr. §. 57. 5. 1. Kuehner Gr. II. p. 235.

Addenda ad p. 16. Libanium πρῶως ἠνείχεσθε potuisse scribere non nego; hoc ipsum enim Plut. mor. p. 787c habet: τὴν δὲ σύντροφον καὶ συνήθη δόξαν οὐκ ἀγρίως οὐδὲ χαλεπῶς, ἀλλὰ πρῶως ἀνέχεται. At praestat opinor quod proposui; namque ne Libanium quidem fugit, delectare varietatem.

Index locorum, de quibus disputatum est.

a. poetarum		b. scriptorum	
	pag.		pag.
Anacreontea fr. 64	9	Aelian. de nat. an. II, 42	17
Antimachus fr. 3, 2	6	" " " " VI, 48	21
Archilochus fr. 27, 2	6	" " " " XIII, 14	17
" " 81	7	" " " " XVII, 36	22
" " 98	7	Appian. Celt. 17	19
Babrius fab. 15, 5	11	" Syr. 46	20
" " 49, 4	11	" de b. civ. II, 119	20
" " 61, 5	11	Diogenes Ep. 33, 1	13
" " 95, 50	12	Dion Chrys. VII. p. 247. R.	14
" " 97, 12	12	" " LXXIX p. 433. R. II	14
" " 122, 10	12	Herodian. VII, 5, 4	20
Colluthus 300	10	Liban. III, 197, 18	16
Epigr. apud Athenaeum	11	Lucian. amor. 44	22
Erinna fr. 2	9	" " 49	22
Nicand. Coloph. ap. Aelian.	10	" Demosth. encom. 50	13
Phanocles apud Plut.	10	Plut. Mor. p. 106. f.	14
Simon. Amorg. fr. 1, 5. 7	7	" " p. 208. a.	14
" " " 1, 10. 12. 18	8	" " p. 527. d.	19
" " " 7, 116	8	" " p. 551. f.	14
" " " 19	9	" " p. 552. a.	15
Solon fr. 4, 21	1	" " p. 793. a.	16
" " 27, 15	1	" " p. 796. a.	16
" " 37	1	" Aem. Paul. 21, 1	17
Theognis 104	2	" Brutus 51, 1	17
" 141	2	" Lucull. 7, 4	19
" 162	3	" Lyeurg 30, 5	16
" 207	3	" Marcellus 17, 5	18
" 380	3	" Marius 39, 2	18
" 407	3	" " 44, 1	18
" 452	4	" " 45, 4	19
" 622	4	" Pyrrhus 21, 5	16
" 902	4	" Solon 7, 4	21
" 1139	5	Theophyl. Ep. 32	22
" 1203	5	Theophr. char. 17	13
" 1320	5	" " 19	14
Timotheus fr. 5	9		
" " 13, 1	10		

Index locorum de quibus disputatum est.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----